¶ Stella clericorum



¶ Ad laudem libelli

Aspice presentis o clerice dicta libelli.
  Nomen pastoris quisquis habere voles
Terrenis nunꝙ vel paucum rebus adhere.
  Hunc mundũ spernens celica sola pete.
O quanta mentis acie perpendere debet
  Is qui pastoris accipit officiũ/
Ne pro diuitiis curam sibi vendicet ipse
  Et nõ vt populo dogmate subueniat
Crede: tuo dabitur merces condigna labori.
  Apte si ꝓprium rexeris ipse gregem.
Illicitus si cecet amor te diuitiaꝝ
  Letheas ditis ingrediere domos.
Labitur ex vero si quis tuus agnus ouili
  Ad christi caulam dulcius hunc reuoca
Verus pastor oues ad summũ ducat ouile.
  Terrenos cum artus spiritus exuerit.

¶ Tractatus qui stella clericorū inscribitur feliciter incipit.

Quasi stella matutina in medio nebule. i. peccatorꝝ. Proprietates hu⁹ stelle matutine pūt referri ad quēlibet doctorē fidei id est sacerdotē ꝛ cōtinentur in his versibus.

Lucis splendorē fert secum fert quoqꝫ rorem
Ingens dat letum vigilansqꝫ decens preit ipsum
Solem defectum lune comitans hyemisqꝫ
Tempore lucescit cedens estate quiescit

Glosa. Lucis splendorē fert secuꝫ. vt ibi. Uos estis lux mundi. Fert quoqꝫ rorē scꝫ in pdicatione vt ibi: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Ingens est. vt ibi. Ecce sacerdos magnus. Dat letū id est facit letū audientē predicationē q̄ ē in tenebris ignorantie. Uigilansqꝫ dicitur vt ibi. Beatus seruus quē cum venerit domin⁹ inuenerit vigilantē. Decensqꝫ dicitur. s. p bonā famā ꝛ honestā cōuersationē. Preit ipsū solem. i. christum qui est verus sol iusticie. Sicut miles dn̄m suū precedit inimicos occidendo suo gladio acuto vt mortui mundo viuant christo. Defectū lune comitans id est sancte ecclesie p compassionē. Unde quis infirmatur ꝛ ego nō infirmor Hyemisqꝫ tempore lucescit. i. in tempore tribulationis apparet in calore fidei. Cedens estate quiescit scꝫ in vrente a feruore luxurie ꝛ a ceteris vicijs. Unde qui potuit transgredi ꝛ non est transgressus.

Salomon. Memento creatoris tui &c.
Apostolus. Diuisiones ministrantiũ sunt in eccle-
sia dei scilicet actiui contemplatiui & prelati. Unus-
quisq; in sua vocatione & in suo ordine vel ministe
rio vel officio intendat vt virtuose & fideliter in vi-
nea operetur. Unde Chrysostomus Multi sũt pre
lati siue sacerdotes nomine sed pauci sunt dignita-
te. Unde Apostolus. Melius ē esse paucos & vtiles
q̃ multos & inutiles. Lucas. Messis quidē multa:
operarii vero pauci scilicet fideles & veri. Hierony-
mus. Si charitas facit preciũ in rebus honestis ni-
hil carius deo & hominib9 habentib9 rationē bono
& vtili pastore. Johãnes Pastor bonus animã suã
ponit pro ouib9 suis. Unde ter dictũ ē petro. Petre
amas me. Glosa. Amas me plusq̃ tuos cogna-
tos & amicos: plusq̃ res tuas temporales: plusq̃ te
ipsũ: pasce oues meas. ¶ Unde in euangelio. Qui
amat animã suã plusq̃ me non ē me dignus. Apo-
stolus. Erunt hoies seipsos amantes. Illi dicũtur
seipos amare qui suũ honorem & cõmodũ plus dili
gunt q̃ honorē dei. Augustin9 in libro de doctrina
christiana. Illi vero deũ diligunt qui nihil aliud q̃
vt nomē dei glorificetur exercent. Unde iam pauci
volunt sustinere ꝓpter xpm paupertatē cõtemptũ
dolorē sed cupiũt diuitias honores & suauitates hu
ius mundi. Tales eni nõ suscipiũt curas animarũ
vel p̄laturas propter onus vel ꝓpter iugũ domini:
sed propter honorem. Cura enim animarũ non de
betur honori sed oneri.

Multiplex enim ē questio/quomō sacerdos vel pastor curā suā intrauerit/ vel quō i ea vixerit vel qualiter eā rexerit/vel patrimoniū crucifixi expenderit/ vel ꝑpter quē finem eam susceperit/vel vt pascat gregē sibi cōmissum verbo ⁊ bono exemplo. vel vt pascatur a grege. Vñ hoc nomē pastor deriuatur ab hoc verbo pasco pascis. ⁊ non a pascor pasceris. Vñ illud Hieremie. Pastores pascebāt se/⁊ gregem meū non pascebāt

In vltima enim rōne reddenda dicit Joseph/ i. christus. q̄ est verus ioseph: fratribus suis. scꝫ pastoribus ecclesiarum. Amen dico vobis/nō videbitis faciem meā donec adduxeritis fratrem vestrū minimū. Glosa. Qui minimū req̄rit nō obliuiscitur maiorē. Vñ illud. Sanguinē eius i. animā eius de manu tua requirā. Grego. Tot mortibus digni sunt negligentes pastores/quot negligunt animas. Vñ videat q̄sqꝫ pastor vel sacerdos quō curā suā intrat vel quomō eam regat/ vel qualiter in ea viuat? vel ꝑpter quem finem eā suscepit/ vel quō patrimoniū crucifixi/ vt dictum est/expēdat ne a dño ei obiiciatur: in reddendo rōnem yronice. Amice/scꝫ temporaliū rerum ⁊ nō animarum/quomō huc intrasti nō hñs vestē nuptialem. i. caritatē. qꝛ nō ꝑpter caritatē. i. deum qui est vera charitas/curā tuā intrasti. vt gregē tibi commissum pasceres verbo ⁊ bono exemplo. sed vt pascereris ab eo. i. vt negligens ⁊ ociosus ⁊ viuens luxuriose/⁊ obmutescenti dicat dñs. Ligatis mani

bus/ne possit se defendere/ & pedib⁹/ne possit fugere
ꝓicite eum in tenebras exteriores. i. ꝯtinuo ꝑpetue
ardentes: qꝛ plus dilexit lucrũ temporale ꝙ̄ animaꝝ
ꝓ quibus filius dei mortē sustinuit. Et qꝛ hic vixit
deliciose/ & totus suspirauit in peccatis/totus suspi=
ret eternaliter in penis. Et ꝙ̄tum gloriatus est i de=
liciis vite huius/tantũ locum date ei in tormentis.
& facite eum montē in inferno & ardeat vt oleum in
flāma. ¶ Vñ Isa. Apportari te faciā sicut gallum
gallinaciũ: qui portat̄ de foro pedibus sursũ erectis
& demisso capite & decoquit̄ in olla. Sic tu decoq̄ris
in olla gehennali variis cruciatibus. vt pena corre=
spondeat culpe: . qꝛ nõ cantasti non generasti/ & cuȝ
aliis maior reputaris: sicut gallus gallinacius ma
/ior aliis

Cum beneficiuȝ alicui porrigit̄ valde gaudet
sed nõ querit primo q̇s sanctoꝝ sit patronus
in ecclesia: sed quantũ valeat in tꝑalibus. Vñ iam
pauci curāt quõ curā suaȝ suscipiũt vel intrant/ aut
qualiter eam regāt/ vel in ea viuāt scd̃m deũ. nec sy
moniā abhorrent. sed heu iam in plurib⁹ dominat̄
¶ Grego. Si q̇s gradus ecclesiasticos vel bñficia
querit/intentione vt inde habeat vite necessaria/hic
ꝑuerso ordine vult celestia mercari. Longe eni me=
lius esset mendicare vel arare vñ viueret. Vñ Jo.
Qui nõ intrat ouile per ostiũ. i. christũ. sed ascendit
aliũde: ille fur est aut latro. Fur est furādo sibi vir=
tutes ab aliis. Latro ē occidēdo aias. Fur nõ venit

nisi vt furēt/mactet ꝛ pdat. Furēt virtutes/mactet corpus ꝛ perdat animā in gehennā ignis

QUilibet pastoꝛ ꝛ sacerdos i se tenet hr̃e tria scȝ scientiā/eloquentiā/ꝛ bonā vitā. Sciētiā debet habere diuinoꝝ libꝛoꝝ/ ac eoꝝ intelligentiaȝ in quibus deū cognoscat/ se ꝛ alios. Vn̄ Bernardꝰ Multi multa sciūt/seipsos aūt nesciūt Qui seipsuȝ nō cognoscit nihil scit. Hec est eni ꝓbatissima sciētia inter phōs seculares. Dicit eni. Cognosce teipsum Vn̄ Augꝰ. in li. de ciui. dei. pꝛefert scientie celestiū/ terrestriū ꝛ infernoꝝ ꝓpꝛiā cognoscere infirmitatē Vn̄ ꝛ Ber. Dn̄e da mihi scire te/cognoscere me/diligere te. ¶ Eloquētiā debet habere discretā: vt ea q̄ scit ꝛ intelligit aliis pꝛedicet: ne abscondat pecuniā dn̄i sui. i. sit canis mutꝰ i domo. i. ecclesia. Vn̄ Isa. Clama ne cesses ꝛ annūcia populo meo scelera eoꝝ ¶ Tullius. Melius est eloq̄ copiose ꝛ pꝛudenter q̄ aliquid sine eloquentia accuratissime excogitare. Ideȝ. Eloquētia est scia recte ꝓferendi ex cogitatōe cū oꝛnatu verboꝝ ꝛ pōdere sniaꝝ. Idē. Efficaciꝰ est audire q̄ audiri. Vn̄ Gre In scia sacerdotis nec est venia nec excusatio. Danil. alibi. ezek. Qui autem docti fuerūt/ fulgebūt quasi splendoꝛ firmamēti. i. solis. ꝛ qui ad iusticiā erudiūt multos quasi stelle in ppetuas eternitates. Vn̄ Apls. Duplici honoꝛe honoꝛandi sunt sacerdotes. Pꝛimo ꝓpter officii dignitatem. Scd̄o ꝓpter doctrinā/ p̄cipue illi q̄ fideliter laboꝛāt in euāge. qꝛ oꝛdo fideliū p̄latoꝝ est p̄cipuus

Uitā bonā tenet habere sacerdos vt qua ore predi-
cat ope cōpleat. Actu. i. Cepit iesus facere & docere
Hiero. Quid em̄ aliud ē bn̄ loq̄ aut p̄dicare & puer/
se viuere q̄ ꝓprio ore seip̄m cōdēnare. Orige. Qui
aliū nō instruit seipsū docere nō pt. Gre. Nō in ver/
boꝝ splēdore p̄dicator gloriet sed in ope virtutum.
Hier. Doctoris ē lapsis manū porrigere adiutricē &
errātib⁹ ońdere iter veritatis. Gre. Bon⁹ doctor ē
q̄ hūiliter seruat disciplinā & p disciplinā nō icurrit
supbiā. Chryso. Uis bon⁹ apparere circa vitā tuā:
esto auster⁹ circa alioꝝ pctā esto benign⁹. Audiant
te hoies parua mādātē & grauia faciētē. Gre. Cui⁹
vita despicit restat vt eius sermo cōtēnetur.

Quiuis enī pastor siue sacerdos sit sedulus in
cura sibi cōmissa & in ambone fidelis predi-
cator vt preco dn̄i vt paret dn̄o plebē pfectā in cathe
dra vt pius & discretus iudex in confessione media-
tor inter deū & peccatorem. Unde Chryso. Nō erra
mus modicā penitentiam iniungentes. Nōne me-
lius est ꝓpter miam reddere rōnem q̄ ꝓpter crude/
litatem. Nam vbi paterfamilias est largus dispen
sator eius nō debet esse tenax. Sed deus ē benign⁹
vt quid sacerdos austerus.

Sit etiā sacerdos hec pastor pius in afflictorū
cōpassione & hospitalitate & in elemosynaꝝ ꝓ posse
largitiōe duplici scilicet corporali & spirituali. Spi/
ritualis continetur in hoc versu.

Corrigo parco preco doceo fero cōsulo solor.

Corrigo erranté: parco inimicis: precor ꝑ inimicis doceo insipiētes: fero sustinētes: ꝯsulo pusillanimes solor tribulatos. Corporalis cōtinet in hoc versu.

Colligo poto cibo redimo tego visito condo

¶ Sūt etiā septē spēs elemosyne. Pria ē quā hō si bi ipsi dat. Vñ Salo. Miserere aīe tue placens deo Idē. Qui sibi neq̄ cui bonus. Secūda elemosyna ponit supra pedes dñi quā dat ostiatim mēdicātib⁹ et pegrinis et hospitib⁹ in hospitio colligendo ꝑpter deū. Vñ Esa. Frange esurietī panē tuū. Aug. Ele= mosyna ē vnguētum quo maria magdalena vnxit pedes dñi. i. pauperes q̄ sunt mēbra eius vngebat. Tertia ponit in gremiū domini q̄ dat leprosis ifir= mis et captiuis p̄cipue inter paganos. Unde Eccle. Abscōdite elemosynā in sinu pauperꝝ. Quarta po/ nitur in man⁹ domini quā hō dat viduis et orpha= nis et illis quos pudet mēdicare: et q̄ magnū defectū sustinent ꝑpter honorē tēporalē: p̄cipue aūt quam dat amicis et cognatis et indigentib⁹. vnde illud. Et carnē tuā ne despexeris. Cato. Ignotū tu tibi noli p̄ponere notis. Quinta ē q̄ ponit supra cor domini cū hō dimittit offensas sibi illatas verbis iniuriis et reb⁹ ablatis. Unde dimittite et dimittet vobis Se xta ponit in os domini quando q̄s offert ad arā pro posse suo de reb⁹ iuste acq̄sitis vbi offert sacrosāctū corp⁹ domini ꝑ salute viuorꝝ et mortuorꝝ. Et cū q̄s dat sacerdotib⁹ elemosynā cuiuscūq; ꝯfessionis vel ad calicē vel ad ornamētū et decorē dom⁹ domini.

Vñ apłs. Operemur bonũ ad oẽs dũ tp̃s habemus. maxie aũt ad domesticos fidei ⁊ doctores. s. sacerdotes q̃ sũt illumiatores fidei. Septia ẽ cũ qua xp̃s totus vestit̃ q̃ dat̃ ꝑ mortuis q̃ sũt in purgatorio. Vñ in ii. macha Sctã ergo ⁊ salubris est cogitatio ⁊c. Sctã ẽ ꝑ cõpassione: salubris ẽ ꝑ elemosynaꝝ largitiõe. Vñ Math. Date elemosynã ⁊ mũda erunt vobis oia. Daniel. Redime elemosynis pctã tua. Ber. Elemosyna data in vita ẽ lucerna q̃ illumiat aiam ne cadat i tenebris eternas. Idẽ. O hõ si ieiunas in hoc nõ differs a diabolo: qꝛ ipse nunq̃ comedit: si vigilas ipse nunq̃ dormit: si continẽs es ipse nunq̃ coit: si silentiũ tenes ipse nũq̃ verbis defuit. in hoc solũ maxime diabolicũ supas / si elemosynis operã prestas. Beda. Frustra odoratur⁹ man⁹ suas expandit ad deũ q̃ eas ad subueniendũ pro posse suo pauperi nõ ostendit. Apłs. Pietas ad oia valet. Nã siquis lubricum carnis patit̃ vapulabit: sed nõ peribit. Hiero Non memini me legisse aliquem esse damnatũ in hoc seculo qui vitam duxit liberalem. Gre. Nunq̃ est vacua manus a munere aut ꝑpter munus vbi ẽ archa cordis repleta bona voluntate. Au. Qui dat ꝑpter presentiũ pudorẽ vt interpellantis tedio careat rem ⁊ meritũ perdit. Unde versus. Da facie leta sine leticia faciet scꝫ tue. Si dederis perdis rem meritũqꝫ rei. Apłs. Hilarẽ datorẽ diligit deus. Aug⁹. Elemosyna est res sctã augens presentia ⁊ minuẽs pctã separãs a demonib⁹

iungens angelis: ⁊ ē quasi murus inexpugnabilis circa animā. Tobias. Magna fiducia ē elemosyna corā deo oībus facientibus eā. Jdē. Elemosyna ab omni peccato liberet ⁊ nō sinit animā introire in tenebras eternas. Salomō. Sicut aqua extinguit ignē sic elemosyna peccatū. Elemosyna enim extinguit ignē pcti/ignē ire dei ⁊ ignē toti⁹ gehenne.

IAm dictū ē de elemosyna duplici. scȝ spūali ⁊ corporali ⁊ de specieb⁹ eius cum auctoritatibus probatis. Nunc dicendum est de suffragiis quibus sacerdos animab⁹ existentib⁹ in purgatorio tenetur suffragari quoꝝ elemosynis vsus ē: ⁊ vtitur quibus animabus purgādis i penis purgatorii annus ꝓ die statuit in penitentia in hac vita neglecta vel nō peracta que anime sūt tertia pars ecclesie expectantes in purgatorio liberationē. Exemplū de filiis israel per desertū transeuntibus. xl. annis qd xl. dieb⁹ transissent si cōtra deū nō peccassent. Triplex eni dicitur ecclesia scȝ in hoc mūdo militans/in celo triūphans/in purgatorio expectās vt predictū est liberationem: quibus quattuor modis precipue potest subueniri. Unde versus

Missa preces dona ieiunia quattuor ista.
Absoluunt animas quas purgans detinet ignis.

Qui ignis ⁊ cetere pene purgatorii grauiores ⁊ acerbiores sūt q̄ oēs pene martyꝝ ⁊ oīa gnā tormētorū q̄ in hoc mūdo a tyrānis potuerūt excogitari: ⁊ adinueniri quaꝝ animarū numerus omniū viuētiū

multitudinē excedit. Vñ Aug⁹. Nescit quid petit q̄ purgatoriuꝫ petit. O deus q̄ dulce erit in hoc seculo satisfacere. Dico ꝙ est grauius in purgatorio esse q̄diu oculus potest claudi vel apiri/ q̄ illa pena quā habuit beatus Laurentius in craticula. Unde vna lachryma de puro corde ꝓlata: plus purgat q̄ decē anni in purgatorio. Vñ inter duo mala min⁹ malū est eligendū. Vñ aie clamāt vt Job. Misereini mei miseremini mei saltē vos amici mei: qꝛ manus dñi tetigit me. ¶ Duplex eni manus in hoc loco intelligitur. s. manus tangētis. i. in purgatorio animas purgans expectantes liberationē. & man⁹ dānātis. scꝫ in inferno. Vñ Machabeorꝝ. Sancta ergo & salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare. Sancta ꝑ cōpassionē carorꝝ. salubris ꝑ elemosynarꝝ largitionem & orationē fideliū. & p̄cipue sacerdotū: quibus cōmittunt aie. qꝛ elemosyne sūt cibus aiarꝝ: oratio vero potus. Jeiuniū fideliū magna refectio & cōuiuiū: peregrinatio carorꝝ: penarꝝ alienatio & ereptio Indulgentia vero eis data ꝓdest ꝓut hic meruerāt dū viuerent. Vñ legit in cōmendationib⁹ animarꝝ. Deus cui soli cōpetit medicinā p̄stare: post mortē i. indulgentiā. qꝛ ibi aie sunt de foro ecclesie expectātes liberationē scꝫ in purgatorio: quas manus dñi tetigit vt dictū est. ¶ Pre oibus aūt remediis q̄bus aiab⁹ existentib⁹ in purgatorio pōt subueniri missa p̄cellit. Grego. O quantū & viuificū donū dei: quia nūq̄ diuina celebrant mysteria/ q̄n ibi ꝯcurrāt duo

virtuosa opera scilicet vniꝰ peccatoris cõuersio vel
ad minus vniꝰ aīe de purgatorio liberatio. Unde
caueant heredes parentū ⁊ carorū mortuoꝝ com-
missarii testamentoꝝ ⁊ maxime sacerdotes ⁊ ceteri
quibꝰ aīe cõmittunt᷑ vel quoꝝ elemosynis vsu sunt
vel vtunt᷑ ne aliquo modo eis hec remedia subtra-
hant vel differant qꝛ eorū viaticū ē quia pro furto ⁊
sūmo sacrilegio eis reputat᷑: qꝛ primo mortalit̄ pec-
cant in deū qui eas sanguine suo redemit. Secūdo
in sanctos ⁊ in omnes angelos de quorū collegio
sunt dū liberātur. Tertio peccauit in oīs animas
existentes in purgatorio: quia impediūt eaꝝ abso-
lutionē. Quarto peccant in oīs christianos viuos
pro quibꝰ anime liberate a penis orarent ⁊ interce-
derent ad deū. ¶ Pro quibꝰ negligētiis, tales si nō
satisfecerint in presenti grauiter punientur ⁊ in fu-
turo seculo damnabunt᷑.

SEquitur (vt supradictū ē) vt quiuis pastor sit
sedulus ⁊ fideliter sollicitus pro grege sibi cõ
misso scilicet ꝑ viuis ⁊ ꝑ defunctis ⁊ nō ꝑsonarum
acceptor: qꝛ xp̄s generaliter vno eodēqꝫ precio id est
omnes redemit vt mereant᷑ a dño directe cõmēda-
ri dicente. Euge serue bone: qꝛ sup pauca fuisti fide
lis supra multa te constituam.

QUo ergo ordine censet᷑ ille q̄ semꝑ absens est
a cura sua nec p̄est vt pastor nec regit vt mercēnariꝰ
In illo estimo ordine in quo nullus ordo sed sempi
ternꝰ horror inhabitat. Bern. Miror clericos aliud

esse q̄p qđ apparent in vestitu ⁊ habitu: aut q̄titulum sunt clerici gestu ⁊ actu neutrū exercent: nec regunt se vt clerici deberēt nec pugnant vt laici: inordinanter plures ex eis viuunt cōtra canones ⁊ statuta ecclesie cōfundentes seipsos ⁊ totius clerici honestatē Et quia hic cum omnibus peruerse viuētes morib⁹ ⁊ vita participant omni pena in futuro punientur. Unde Origenes. Unūquodq̄ quod est peccatū habet suum demonium: ⁊ vnumquodq̄ demoniū habet suum supplicium. Attendite ergo o vos sacerdotes ad quid vocati estis electi ⁊ constituti (vt dictum ē) ⁊ seruire deo in sanctitate ⁊ iusticia. Unde apl's. Non enim vocauit nos dn̄s in immundiciā sed in sanctificationē. Unde idē. Hec est eni volūtas dei sanctificatio vestra vt sciat vnusquisq̄ vas suū id est corpus in sanctificatiōe possidere: quia ambulans in via imaculata. i. in castitate mentis ⁊ corporis hic mihi ministrabit in tanti corporis ministerio ⁊ ego dn̄s exaudiā eum. Un̄ Aug⁹. Quid prodest si castitas seruat᷑ in corpore ⁊ mentis integritas itus polluitur in mente. Cesari⁹. Uirginitas in corpore nihil prodest si charitas a corde discedat et humilitas: nec tam carnis integritas seruat᷑ si animus tumore superbie corripit᷑. Bernar. Superba castitas nō ē vera castitas sed ornatū diaboli prostibulum. Aug⁹. Animaduertite o vos sacerdotes in quanta puritate ⁊ tremore debetis accedere ad istud sacrificium ad qđ xp̄s accessurus sanguinē sudauit pre angustia vbi ip̄e sacerdos mirabiliter ⁊ ineffabili-

ter obtulit. Unde dicatis cū ꝓpheta. In toto corde meo exq̄siui te. Cor mūdū crea in me de⁹. i. restaura ⁊ spiritū rectū innoua in visceribꝰ meis vt te perfecte diligere ⁊ digne laudare merear.

Quid ergo dicendū ē de sacerdotibus manifeste cohabitantibus cum mulieribus vel adulteris vel fornicantibꝰ vel ꝓprias oues violantibus vel ebriosis: vel lasciuis ⁊ secularibus pluribus negociis ⁊ vanitatibus iplicatis. Cōmittimus enim conscientiis episcoporum ⁊ eorum prelatis. Hiero. Alieni erroris nō est nostrum reddere rōnez sed prelatoꝝ. Ber. Integritatis tue sis diligēs explorator nō aliene. Quid ergo de illis iudicandū est qui spōsam christi violant. Hiero. Sicut scelestius ē sacrosanctam ecclesiam temerarie destruere q̄ꝫ domū plebetam. ita scelestiꝰ est sponsam christi violare q̄ꝫ spōsam proximi. Glosa super leuiticum. Cum diabolus super omni peccato gaudeat: maxime ꝯgaudet fornicationi ⁊ maxime in sacerdotibus ⁊ religiosis qui sunt ministri altaris. Hiero. Acerbiora gehenne tormenta sunt quibꝰ fornicatores ⁊ adulteri debent. Idē. Quid tibi cuz mulieribꝰ tu sacerdos qui ad altare dei famularis i cuius loco stas. Dic sacerdos qui eisdem labiis oscularis filium virginis quibus osculatus es filiā veneris o iuda osculo tradis filiū hois. Ber. O sacerdos corpus tuū efficit quotidie sepulcrū xp̄i quō ex ore tuo egreditur falsitas: per quod ingreditur tāta veritas scꝫ ipse christus

Quomõ oculi tui aspiciũt vanitatem/qui inspiciũt tantã veritatẽ? Quare man⁹ tue extendunt ad illicita: que tractant tenentẽ oĩa. Quare te iniurgitas ebrietate: qui plenus esse deberes dei bonitate?

¶ Augu. Si sacerdos sit vas incõtinẽtie et libidinis iuxta filiũ virginis in altari statuet idolũ Veneris et cuz ore polluto pfert verba canonis: Os eni eius amaritudie et dolo plenũ est. Quis eni oret cũ labiis tamẽ in faciẽ expuit saluatoris. et cũ psumit sumere corpus dñicũ in os ei⁹ pollutũ/leuius esset ei quod piiceret ipsum in lutũ. ¶ Ber. Vere sacerdotes q̇ i carne ambulãt deo placere nõ possunt q̇ placere meretrici cupiũt et presumũt. Idez. Turpissimũ est man⁹ deo dedicatas/et sacro chrismate consecratas pudendis mulierũ tangere. et post hoc sacrosanctũ corpus dominicũ tangere. Canon. Nullus presumat audire missam a presbytero quẽ p certo nouerit habere cõcubinã. Augu. in decreta. xl. c. de vita presbyterorũ dicit quod plus placet deo rugitus leonũ siue mugitus boũ: et gemitus porcorũ siue suũ: quod cantus in choro presbyterorũ luxuriantiũ cantãtiũ. Grego. in decre. xl. c. Si q̇s presbyter dyaconus vel subdyacon⁹ iacuerit in infamia fornicationis: inhibeo ei introitũ ecclesie donec satisfaciat de mala fama sua deo et populo. Et si non satisfaciat/inhibeo vobis ne aliquis vestrum audeat audire officiũ eius: qz oẽs benedictiones ei⁹ ↄuertunt in maledictõnes. Testãte Malachia ppheta. Maledicã inq̇t maledictionib⁹ vestris: quia manus vestre plene sunt sanguine.

Ber. O q̄ temerariū ⁊ q̄ nephariū est pollutis ma=
nibus tractare filiū virginis ⁊ ore sordido sumere.
Que mens nō rapit ad excessum: q̄s oculus nō eru
bescit/q̄s audit⁹ nō terret: vbi mūdi preciū ꝓicitur
in sterquiliniū. i. in os immūdi sacerdotis? Mirū ē
q̄ talis tūc nō veret angelū dei stare iuxta se q̄ secet
eū p mediū. ⁊ tales pñt bñ vocari p̄sbyteri susanne
Aug⁹. O tu indigne sacerdos noli pl⁹ me affligere
peccando. Plus enim me vuln⁹ peccati tui ledit: q̄
vulneris mei. Idē. Magis delinquūt q̄ iā regnātē
in celis ꝯtemnūt peccādo. scȝ indigne corpus christi
tractantes ⁊ sumentes q̄ q̄ crucifixerunt eū ambu
lantē in terris nō quasi crucifigentes/sed quasi tāti
sacramēti indigne ꝯtemptores ⁊ p̄sumptuosi p̄ceptores.
res. qꝛ illi semel deū crucifixerūt in terris/isti(q̄tuȝ
in eis est. indigne tractātes ⁊ sumētes quotidie cru
cifigūt. Ambro. Qui indigne christū sumit. idem ē
ac si ipsum interficiat. Aug⁹. Melius ē spūalia pe=
nit⁹ omittere: q̄ indigne tractare vel tangere. Idē
Inter oīa misericordie dei opera q̄ ab inicio impēsa
sunt saluti hominū: nihil mirabilius: nihil excellen
tius/q̄ ꝓ mūdo crucifixus ē dñs. Leo papa. Magis
admiranda ē dei humilitas q̄ sua maiestas. Aug⁹
Minima gutta sanguinis christi suffecisset ad redē
ptionem generis humani. Sed ideo maior copia
sanguinis ei⁹ data ē: vt copiosior clarescceret christi
affectus nos diligētis. Vñ Ber. Patet enim amor
christi nos diligentis: in vulnere lateris.

Attende ergo o homo quantū ꝑ te datū sit: et maxime tu sacerdos qui corpus et sanguinē tractas dn̄i. Timendū vero est ꝙ dn̄s tales sacerdotes indignos/ vt dictum est: nō exaudiat sed magis eū ad iracundiā ꝓuocāt. Vn̄ illud. Prouocauerūt eum filii eius et nō filie. sed Belial in sordibus. i. in peccatis. ideo dn̄m nō placant/ sed magis offendūt eum. Nam etiam loca sacra que tangūt et calcant: q̄diu sunt in peccatis obstinati cōtaminant. Ber. Sacerdos sine offensa viuat q̄ pro offensis iudicē deum interpellat ne offensum poti⁹ ad iracundiam ꝓuocet q̄ cōpescat. Aug⁹. Maius preiudiciū deus in mūdo nō patitur ab hoībus viuentib⁹ q̄ a sacerdotib⁹ carentibus scientia et bona vita. Idē. Plus placet deo vlulatus canū vł luporū q̄ cantus iniuit corū. i. clericorū malorū. Gre. Nihil est quod tantum offendat ecclesiā dei: q̄ ꝙ indigni assumant̄ ad regimen animarū. Vn̄ prelati q̄dā nūc tp̄is parū curant quos iam ad ordines recipiant vel admittant/ vel quibus in sacerdotes ꝓmouendos man⁹ imponāt. Vn̄ laici iam clerū vilipēdūt: et claues ecclesie minime curant: totamq; dignitatē sacerdotū. q2 negligētes et ceci sunt duces eorū et ductores cecorū. Apl̄us. Cauendū est ne cum aliis predicauerim et ipse reprob⁹ efficiar. Predicandū quidā non mechandum/ et ipsi mechant̄. nō furandū/ et ipsi furant̄. ꝛc. Vicia tam verbis q̄ factis inordinate viuētes ꝑficiūt. Hec oīa p̄latis et ecclesiastice correctioni cōmittim⁹ corrigēda.

Vos ergo p̄lati ⁊ p̄sbyteri/in vobis pendent aīe vestro⁊ subdito⁊ vobis cōmisso⁊. Presbyter dicit̄ quasi p̄bens iter/gregi sibi cōmisso scʒ verbo ⁊ bono exemplo vite. etiā pro posse temporale subsidiū. ⁊ nō tm̄ querat lucrū temporaliū/ sed anima⁊ p̄ quibus filius dei mortē sustinuit. Unde dicit dominus. Quem perditam de manu pastoris /requirā.

Legitur in tercio libro Regum. Cum regina Sabba: in aula Salomonis esset intuita ordines ministrantiū ad mensam regalem: ⁊ omneʒ ornatum curie ⁊ familie p̄e omnibus laudauit ordinem pincerna⁊: erant enim vnius habitus.

¶ Aula Salomonis signat ecclesiā. Regina mēsā scʒ summi regis. i. altare in quo conficitur/ tractat̄ ⁊ sumitur/ ⁊ fideliter ministrat̄ sacrosanctū corpus christi. Cui mense diuersi sacerdotes deseruiunt: ⁊ angeli infiniti qui dicunt̄ virtutes celo⁊

¶ Huiꝰ mense. s. altaris: sacerdotes sunt pincerne Ideo debent esse vnius habitus. i. vnius sancte cōuersationis in Aula summi regis. vt possint dicere cum Psalmista. In domo dn̄i ambulauimus cum consensu. i. in voluntate. Qui pincerne scʒ sacerdotes p̄e omnibus sunt electi ⁊ constituti ad diuina libamina infundenda: ⁊ ad honorem summi regis ⁊ familie. id est fidelibus p̄pinanda. Unde eis dicitur per prophetam. Mundamini qui fertis vasa dn̄i. id est. p̄parate illi corda vestra in omni virtute ⁊

mundicia interius ꝛ exterius. Interius per charitatem: exterius per bonā famam ꝛ honestam conuersationē vt digni sitis bibere de manu dñi calicē vini meri plenū mixto. Psal. Calix meus inebrians ꝙ preclarus est. Canti. Bibite vinum quod miscui vobis scꝫ in mea passione sanguine ꝛ aqua de meo latere profluente ꝛ inebriamini vino mee dilectiōis nō tantum dico mero sed meracissimo scilicet illius vue de qua legit: vt biberēt sanguinē vue meracissimum id est sanguinē filii virginis intemerate: vue dico illius vitis q̇ dixit. Ego sum vitis vera ꝛ pater celestis agricola est. Nobilis est vinea in qua pater celestis agricola est: nobilis vitis filius dei est. nobiles palmites scilicet apostoli. Nobile vinū eius cuius sacerdotes sunt pincerne scilicet illius sanctissimi vini id ē sanguinis christi qui profluit de torculari qđ dñs solus in ara crucis dū pateret mortē calcauit q̇ oibus scilicet sanguinē vue ꝑdicte i eū credētibus propinaret meracissimū quē assūpsit hō factus de mundissima carne gloriose virginis marie.

Eya vos sacerdotes pincerne veri salomonis/ id ē iesu xpi ꝛ camerarii ꝛ secretarii ꝛ dispensatores ministerioꝝ dei diligenter attendite in quo gradu ꝛ dignitate sitis constituti scilicet sup omnia bona domini. Unde Augustinus. Quid potuit deus plus facere sacerdotibus ꝙ seipsum creare tractare sumere ꝛ ministrare. Ergo redite ad coꝛ ꝛ inspicite illud insigne priuilegiū vestre dignitatis. Quinqꝫ

enim sunt dignitates sacerdotum pre ceteris

¶ Primo dicitur sacerdos. quasi sacris dotatus. scilicet sacris ordinibus. quia ipse est in summo gradu; qui est: sacerdotium.

¶ Secundo. quasi sacris deditus. id est. sacramentis. ad sacrificanda sacramenta. Nā ipse sacrificat sacrosanctum corpus dominicum. verbis. signis prodigiis. et cetera sacramenta.

¶ Tercio dicitur quasi dans sacra. Dat enim baptismū: confessionem: penitentiam: indulgentiam: eucharistiam: benedictionem. et extremā vnctionē.

¶ Quarto sacerdos dicitur. quasi sacra docens. Docet enim verba sancti Euangelii. et articulos recte fidei.

¶ Quinto sacerdos dicitur sacer dux. quasi ducatum prebens et iter populo dei ad regna celorum. verbo, sane doctrine. et bono exemplo vite

¶ Unde Versus.

¶ Sacris dotatus: et sacris deditus atque:
Sacra docēs / sacra dans / et dux sacer esto sacerdos

¶ Bernardus. Elegi mihi in sacerdotem dignum mansionis habitaculum in vase vitreo Quia licet vitrum de vili materia sit / tamen probatur clarius super aurum et argentum. Sic quilibet sacerdos: quamuis sit peccator. tamen prelucet oībus aliis rebus.

regibus & principibus: & est dignior omni creatura.
¶ Vos estis genus electum: gens sancta: regale sacerdotium: populus acquisitionis: non solum temporalis electionis: sed eterne predestinationis. Elegit autem vos Dominus ante mundi constitutionem qui nondum eratis nisi predestinati.

¶ Et est notandum quod predestinatio nihil aliud est: quam gratie vel glorie preparatio. scilicet gratie in presenti, & glorie in futuro. Unde Augustinus super illo verbo: Elegi & preelegi.
O presbyter siue sacerdos/ si deus te sic elegit, redde rationem villicationis tue/ quid vel quod in hoc seculo elegeris dum deus vltionem a te requiret. quia scriptum est. Cui plus donauit plus requiretur ab eo

O Veneranda sacerdotum dignitas: si digne & sacerdotaliter vixeritis: intra quorum manus velut in vtero virginis filius dei incarnatur. O celeste mysterium quod per vos: pater & filius & spiritussanctus: tam mirabiliter operatur. quod vno eodemque memento idem deus qui presidet in celo in manibus vestris est sacrificium

Gregorius. Hoc tam insigni priuilegio stupet celum miratur terra/ veretur homo/ horrescit infernus:

contremiscit dyabolus: veneratur angelica celsitudo
¶ Quid ergo retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Verbi gratia.
Iste qui creauit me/ dedit mihi creare se.
Qui creauit me sine me/ creatur mediante me.
¶ Quid ergo retribuam domino pro tam singulari dono sacerdotii mihi impenso: quod est datū optimū et donum perfectum. Quasi dicat. Nescio nisi duo minuta scilicet corpus et animā. Corpus in seruitutem. et animā in laudem. Unde psalmista Lauda anima mea dominū laudabo dn̄m in vita mea. psallam deo meo q̄diu fuero. etc.

¶ Notandum pro sacerdote.

Considerate ergo mirabilem vestre excellētie dignitatem quia vos deus non solum pre cetero genere honorauit sed etiam pre cunctis creaturis quas ad laudem et gloriam nominis sui creauit.
¶ Unde Dominus Ego constitui te super gentes et regna/ vt euellas peccati maculā/ et edifices corda hominū penitentiam agere volentium: et disperdas errores/ et plantes virtutes in animabus viuificandis. Unde Dominus. Ego vos elegi de mundo, et

posui vos ad gratiā vt eatis volendo/ ⁊ fructū affe=
ratis fideliter op̄ando/ ⁊ fructus vester maneat in=
eternū ꝯgregando. Ber. Nullus fructus carioꝛ deo
est q̄ fructus aīaꝝ ꝓ quib⁹ moꝛtē sustinuit fili⁹ dei.
Qui enim deo in omib⁹ hoībus lucrant animas p̄
baptismū regenerāt/ ⁊ p̄ ꝯfessionē ⁊ per penitentiā
reuocāt. ⁊ eos sacramento eucharistie cibāt. q. dicat
nullus nisi sacerdos. Malachie. Labia sacerdotū
custodiūt scientiā scʒ dei/ qꝛ angelus dn̄i exercituū ē.
Angelus in ꝯuersatione. angelus in diuinaꝝ gra=
tiarū actione. angelus in ardoꝛe charitatis. angel⁹
in subiectionis humilitate. Salua reuerētia ange=
loꝝ/ (quoꝝ infinitus est nūeꝛ⁹.) dico q̄ maioꝛes estis
q̄ angeli: ⁊ p̄ꝛecellitis dignitatem eoꝝ/ largo mō lo
quēdo. Cuiq; nāq; angeloꝝ tradidit deus qd̄ datū
est sacerdoti: scʒ. Quodcūq; ligaueris sup̄ terram/
erit ligatum ⁊ in celis.

Nota due claues sunt. scʒ ecclesie et potestatis
date a dn̄o beato petro. ⁊ ceteris hoībus non
omnibus/ sed solis sacerdotibus ⁊ successoꝛib⁹ suis
Licet eni solus deus peccata remittat: tamē nunq̄
vel raro sine suis ministris. id est sacerdotibus. Nō
potest ꝓbari per lepꝛosos: quos cum dn̄s mūdasset
dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus: ⁊ humiliter
obedite: ⁊ dum irent mundati sunt.

λιτουργας ημας αυτου

λιτουργας ημας αυτου

Probari etiā pōt per lazarum quē cū dn̄s suscitasset a mortuis dixit discipulis suis. Soluite cuȝ ⁊ sinite abire: ⁊ quare ipse dn̄s non soluit eū a vinculis cordis qui soluerat eum a vinculis mortis et quare nō iussit Mariā ⁊ marthā sorores eius soluere vel iudeos cognatos eius qui erant ei ꝓpinquiores debito naturali ꝙ̄ discipuli domini. Per hoc euidēter patet ⁊ ꝓbaꝶ ꝙ solis sacerdotibꝰ data ē potestas a domino ligandi atqꝫ soluendi. Ecce quanta dei benignitas ⁊ sacerdotum dignitas: quia ipse dominus quādoqꝫ per malos bonum operatur: ⁊ hoc ideo ne claues ecclesie a fidelibꝰ paruipēdanꝶ: qꝛ si aliquando sacerdotes nō habent ex merito tamē habent ex officio dignitatis. Et si quis sacerdotū indignus sit (qđ absit) hoc sibi nō tibi.

Ecce quāta potestas vobis sacerdotibꝰ data ē quia lingue vestre claues celi facte sunt. Bernardus. O quantam dignitatem cōtulit vobis deus. Quanta ē prerogatiua ordinis sacerdotalis. Pretulit vos regibus terre: pretulit hunc ordinem omnibus hominibus: immo vt altius loquar: pretulit vos angelis thronis ⁊ dominationibꝰ. Sicut enim nō angelos sed semen apprehendit abrahe ad faciendaȝ redemptionē: sic nō angelis sed hominibus scȝ solis sacerdotibus corporis ⁊ sanguinis sui cōmisit cōsecrationem ¶ Nota ꝙ ad quinqꝫ verba sacerdotis stantis ad altare dei ⁊ dicentis verba canonis. Hoc ē enim corpus meum: quibus verbis

dominus dedit vim cõficiẽdi in cena prelatis vel in lanceatione sanguine et aqua de suo latere profluẽte dicebatur. Hoc facite quotienscunque sumitis in meã cõmemorationez: id est ob mei amoris memoriam quã exhibui in cruce passus pro vobis. Tunc enim vt dicit Bernardus. Celi celorum aperiuntur et ipse christus qui est in sinu patris mox venire dignatur in manus sacerdotis cui virtutes celorũ deseruiunt et panis in altari in verum corpus christi: et vinum in eius sanguinem conuertitur et trãsmutatur: et sub modica forma panis totus velatur verus deus et homo. Unde Esayas. Vere tu es deus absconditus scz in hoc pane et medicina sub nebula Psal. Mirabilia opera tua domine. s. in hoc sacramẽto corporis et sanguinis tui et anima mea cognoscet nimis scz credendo firmiter.

Cum ergo tãte dignitatis sit sacerdos quod creator sit sui creatoris et toti⁹ creature ipm perdere vel dãnare incõueniẽs est. Uñ Isid. Sicut patrẽ interficere filiũ impossibile ẽ sic creatorẽ perdere creaturã inconueniẽs est. Sicut in ecclesia reliquie sctõrum quorum aie in celis sũt cõdũt: sic ipe de⁹ requiescit i corde digni sacerdotis. Aug⁹. Elegi cũ et pelegi mihi cor digni sacerdotis i habitaculũ dignũ mee mansionis tãquam in vase vitreo. Licet vitrũ sit de vili materia. tñ splẽdidius ẽ auro et argento: sic sacerdos plucet dignior et maior corã deo oibus hominibus regib⁹ et principib⁹ hui⁹ mũdi in sua dignitate.

Unde honorandi sunt sacerdotes quibus deus tantam in mūdo pre omnibus hominibus cōtulit gratiā & honorē. Unde domin⁹. Qui vos audit me audit: & qui vos spernit me spernit. Apostolus. Qui vos cōturbat scʒ indebite iudiciuʒ portabit quicūqʒ est ille. zacha. Qui vos tangit sacerdotes offendit pupillā oculi mei. Et dominus in psal. Nolite tangere christos meos: quos & pphetas vocat dñs. Et in prophetis meis nolite malignari.

Legitur de alexandro rege magno q̃ cū venit hierusalē ad expugnādū eā occurrit ei sacerdos iudeorum in ornatu pontificali: quesiuit rex q̃s esset: & dictum est ei q̃ esset sacerdos altissimi Ipse vero descendens ab equo humiliter inclinando honorauit eū. Et sic iudei per eū obtinuerūt gratiam regis: q̃tomagis sacerdotes xp̄ianorū huius tēporis honorandi sunt q: ipse deus honoratur in ipsis: cuius camerarii sunt & ministri. Salomō. Dabit illis scilicet sacerdotibus electū dei donum & sors in templo dei altissimi scʒ sors duplex gratie & glorie. De sorte grē. Apostol⁹ In manib⁹ tuis sortes mee id est ordo & vita electiōis. De sorte glorie. Daniel. Stabis in sorte tua in finē dierꝫ. Sapi. Ecce cōputati sunt. s. sacerdotes inter filios dei et inter sāctos sors illorꝫ est. s. sacerdotū. Merito ergo gaudete et benedicite vos sacerdotes domini domino laudate et superexaltate eum in secula: qui vos ad tantam gloriam elegit.

Venit filius hominis querere et non seducere: saluare et non dissipare sicut mali prelati. De quibus sapiens. Durum est iudiciũ his q̃ male intrãt/ durius his q̃ postq̃ intrauerũt male viuũt. durissimũ his qui male presunt ¶ Tres enim sunt questiones quomodo intrasti: quomõ vixisti: et quomõ rexisti. De primo. Amice quomõ huc intrasti nõ hñs vestẽ nuptialem? Si forte canonice intrasti: non p precũ violentias: nõ p precium: nõ per consanguinitatem. Adhuc restat qua intentione aut p caritatẽ aut per cupiditatẽ. Si propter deum faciat que dei sunt: sicut qui venit ad forũ faciat ea propter que venit. At ille obmutuit: quia nõ placuit sibi de hac questione. quia oculus eius nõ erat simplex. i. intentio. igitur totum corpus erat tenebrosum. Unde dñs. Mittite eum in tenebras exteriores. etc. ¶ Secunda questio fit per Isaiam. Tu quis es? quasi quereret quis hic? qualiter venisti in ecclesiã tuã. Si nescis respõdere sequitur: aportari te faciam quasi aportatur gallus gallinacius qui maior est alus. Et maiores iam in ecclesia dei iam nihil faciũt sed minores. ¶ Tercia questio fit per Hieremiã. Ubi est grex tuus q̃ datus est tibi pecus inclytũ. i. valde gloriosum. Et ne credas deum posse dubitare de aliqua oue Dicit enim Adhuc transibunt oues per manus numerantis Si igitur non solum pro vobis: sed p singulis subditis oportet rationem reddere: q̃ durissimũ putas iudicium erit omnibus qui presunt

¶ Tria sunt quibus optime diabolum vincimus. scilz ardens cogitatio carnis mortificatio. & acuta oratio. De primo Psalmista In meditatione mea exardescit ignis/ quo fugas dyabolū fulgura coru-scantē. maxime si meditatōnes sint de passione xpi De secūdo Apostolus. Castigo corpꝰ meū & i seruitutez redigo. De tercio August. Oratio humilis diuinū pmeret̄ auxiliū. ¶ Christus dicit p ezechielē ad prelatum. Speculatorē dedi te domui israel. i. laicis. Unde valde necesse est vt sint lucidi pastores/ qr nemo potest in speculo speculari lutoso. Christus ē sol pastor debet esse luna luna autē nō habet lumē nisi a sole. ita sacerdos nō habet recipe decorē a mundo sed tm̄ a christo. ¶ Item sacerdos q̄ pro nūmis celebrat/ videt̄ dicere cū iuda. Quid vultis mihi dare & ego vobis eū tradā. Ergo nefas est vendere dn̄m suū. Cogita qꝫ primus seruus venditor seipsum suspendit. Judas eni nūmos misit in tēplū. Peiores sunt sacerdotes q̄ denarios p q̄bus cantāt/ mittunt in lupanar & in ventrē suuz. Judas semel christum vendidit & de hoc penituit. & tu forte multociēs vendidisti & nō penites. caue ne desperans teipsum suspendas. Ber. Venient ante tribunal iudicis audiet̄ populorū accusatio & grauis allegatio. quorum vixerunt stipendiis: & nō deluerunt corum peccata. Audi dn̄m dicentem. Vos comedetis peccata populi. Et alibi. Pasce pasce sed nō dicit Vende vende. Item O bone iesu videt̄ ꝯtra te conspirare vniuersitates

populi christiani. Nam illi in persecutione tua sunt primi qui in ecclesia videntur gerere principatum. Si quis de populo deuiat ille solus perit. sed sacerdotis error multos perire facit: si etiā nō obest q̄tū prodest ¶ Bernar. O sacerdos corpus tuum efficitur quotidie sepulcrū christi: cur tūc per os tuum egredit falsitas/per qđ quotidie igredit veritas? Cur oculi tui vidēt vanitatē/qui quotidie aspiciūt veritatem? Cur manus tue extendunt ad illicita et inania que tenēt tenentē oia. Cur te ingurgitas ebrietate q̄ tot⁹ plenus debes eē bonitate. Rogo ergo te vt fugias oēm vanitatem ne in futuro condēneris. per veritatem. Tanto vtiqȝ grauius cades ab alto q̄to excellētius polles dignitatis officio. Idē Ber. O dn̄e pastores tui mutati sunt tonsores agni in lupos: defensores in dissipatores/qui deberēt esse sobrii/quotidie sunt ebrii: qui prelati pilati/qui casti incasti qui pastores seductores. Nōne totiens repetitū est/Petre amas me pasce oues meas quasi dicat nisi tu me perfecte diligas. i. plus q̄ te tua et tuos: non intromittas te de cura ista. nec tu sacerdos et maxime pastor pro ouib⁹ pro quibus effusus est sanguis meus. Ber. Nō debet alioꝝ ducatū suscipere q̄ nō vult alios bene viuendo preire. Nullus ita vilipendit officiū suū sicut clerici Fabri et agricole mane surgūt sed nō ipsi; dormiunt enim vsqȝ ad meridiem. Ber. Ue sacerdotibus miseris proditoribus sociis qui christū iterꝝ. i. inq̄tum in eis est/crucifigūt, et sanguinē testamenti pollutum

ducunt. Qui manibus pollutis: oculis impudicis: ore venenato/corde impudico dum ad reuerendum sacramentū nō reuerenter accedūt angelos assistē-tes ostendūt & de singulari medicina sibi mirabilit acquirūt eternā damnationē. Cauete vobis prela-tuli voratores vt catuli mortem nō attenditis: qui fauorem venditis. Dant nūmi: pcurant paruuli: scz idiote irregulares/excōmunicati: giezite/ebriosi lusores: nunq̄ casti semper incesti. Ue vobis ve & semper ve.

Dominus transiens de hoc mūdo ad patrem/ ecclesiam (quam suo sacratissimo sanguine redemit/fratribus suis scz sacerdotibus regendam cōmisit: dicens. Exiui a patre & veni i mundū. iterū relinquo mūdū & vado ad patrem. vos oues meas custodite: pro quibus sanguis meus effusus est. Quanta sit dignitas sacerdotalis scilicet officii et ordinis audiamus & videam⁹. Quantūcūq enim sit aliquis bonus, tamen non potest conficere corp⁹ christi nisi ordinatus fuerit: vt officii sacerdotalis exhibeat ministeriū: dei autem officium tribuere & benedictiones. Unde Augustinus. Sacerdotes nō ppria virtute benedicunt. sed quia christi figuram gerunt: & propter eum qui in ipsis est benedictionis tribuunt plenitudinem. O sacrum & celeste myste-rium qd per vos: pater & filius & spiritussanct⁹ ope-ratur: credimus q post deum nō est tanta gratia & potestas sicut vestra est

Unde Ber. Sup potestate vestra ⁊ tam insigni pri
uilegio vestro stupet celũ/mirať terra/contremiscit
dyabolus/abhorret infernus/vereť homo/venerať
plurimũ angelica celsitudo/ꝙ vno eodẽq̃ momẽto
deus q̇ presidet in celo/in manibus vestris est in sa-
crificio. Sed vnde hoc dulcissime ⁊ piissime iesu vt
sacerdotes(q̇ sũt vt nos/vermiculi ⁊ puluis ⁊ cinis
te presentẽ habere mereanť pre manibus/ꝑ oculis:
q̇ totus ⁊ integer sedes ad dexteraꝫ patris: q̇ vnius
hore momento a solis ortu vsq̃ ad occasum: ab a-
quilone vsq̃ ad austꝝ presto es dñe? Certe nõ ex de
bito/nõ ex merito/sed ex volũtatis tue beneplacito
preparasti te in dulcedine tua pauperi deus. scilꝫ sa
cerdoti. Hec est vere celestis indulgentia. Hec est cu
mulata gloria. hec est vere superexcellens gloria: sa-
cerdotẽ deum tenere in manibus: nullis angeloruꝫ
nullis archangelorum: nullis spiritibꝰ sed hoibus
non omnibꝰ sed tm̃ ordini vestro cõmissam esse cre-
dimus celebrationeꝫ tanti mysterii vt ꝯsecratus in
sacerdotẽ prorsus idipsum conficiat in altari quod
christus in cena paschali confecit manibus suis In
altari q̇ppe sacerdotũ ore ⁊ manibus cõficiť corpus
christi. nõ creať nõ nasciť: sed qḋ totũ in dextera pa
tris est/est totũ in manibus/ totum in ore sumentis
vnus in multis ⁊ diuersis. O sacerdos tu es sacer
dux/sacra docens/sacrũ dans. Sacer dux i in exhor
tatione: sacra docẽs in participatione carnis ⁊ san-
guinis christi/sacꝝ dãs ꝓ deo: exẽplũ viuẽdi ceteris

vt amplius mouearis: imo vt magis incalescas in amorē tui redemptoris voluit christus vt iugiter colleretur per tuum mysteriū: quod semel offerebatur in mundi precium ꝛ perennis illa victima viueret i memoria et semper erit in gloria patris. Vñ Moyses rogauit dominū quondam dicens. Ostende mihi teipsum domine verū. Sed nō tibi solū ostendit sed in manibꝰ tuis se totū tradidit. Delectari ergo debes: o tu sacerdos ꝛ gaudere in sacramento altaris: in cuiꝰ confessionem fidelis minister inuenit in medio patris ꝛ filii ꝛ spiritussancti (astantibꝰ ex oī latere superius ordinibꝰ) sacramentū ꝑ nobile mysteriū superexcellentis glorie: videt sacerdos ꝛ sentit filiuꝫ dei fratrē suū amantissimū cuiꝰ veraciter carnē ꝛ sanguinē tenet. Unde psal. Narrabo (inquit) nomē tuū fratribus meis. Uidet ꝛ sentit spūm sanctū a patre ꝛ filio ꝓcedentē domesticū esse sociū factorē ꝛ dispensatorē suū: q: ipse vere cōsolatorē penitentiū ꝛ aduocatus oīm in se sperātiū. Uidet veruꝫ deū ꝛ sentit spūaliter angelos ꝛ oēm celi celoꝝ senatum sibi applaudentē. ꝛ vt cōciuis eoꝝ ascribi mereatur. Ibiq; celebrat familiare colloquiū inter deum ꝛ moysen amicū suū. i fidelē ministrū. Pensa igit iugiter amplectere suauiter repone fideliter q̇d audis/quid agis quid legis quid tenes/ Calix sepulcrum christi: patena lapidem superpositum: corporale sudarium: substratoria corporalia lintheamina quibus inuolutus fuit christus significant.

Hostia quã vides non est panis sed caro & sanguis eius qui pependit in cruce pro mundi vita. Iã oculis tuis vides panem angelorum qui nescit putrescere nõ vadit in secessum sed ducente in excessum illuc reducet te vnde retraxit imaginẽ. Hoc itaqz sacramentũ ab eterno in celo repositũ/sed dyabolo penitus celatum prophetis quibusdã reuelatum /sollicitudini & sanctitati vestre est traditum & per omnia donatũ. Quis vidit talia? videant oculi nec mirentur: quia omnia sicut voluit fecit. O sacerdotes quantum ẽ qꝫ in eleuatiõe manuũ vestrarum capita regum inclinant: qꝫ reges & regine vobis munera offerunt Omnis ecclesia vos patres cõfitetur & expectat intercessores. In quorum priuilegiati amoris premiũ datum & dictũ est petro. Pasce oues meas. In singularitate potestatis datũ est & dictũ est. Apostolus. Quodcunqz ligaueritis sup terrã &c. Pensate quantũ est hoc maximũ scz si ad legationem angelorum assensus hominũ expectaretur: quantum ergo ẽ si ad arbitriũ hominũ assensus inclinatur angelorum. Audite vestri officii dignitatem, cautelã & constantiã: cũ dixit. Elegi vos &c officium vt cũ dixit eatis: cautelam vt cum dixit: Fructũ afferatis: constantiam vt cum dixit: Fructus vester maneat. Vobis etiam dictum est. Ite in vniuersũ orbem &c. Electi ergo estis vt eatis. ergo periculosũ est vobis stare: periculosius sedere: periculosissimũ est tacere.

Recordat me legisse quod accidit in burgūdia cum sacerdos quidā veniret ad synodū tran/siens per mediū nemorū obuiū habuit dyabolum in figura hominis transfiguratum quē cum salutasset tradidit ei litterā quandā clausam tradendam ep̄o et vniuersis rectoribus in illa synodo congregatis: quā cum aperuisset episcopus in presentia omnium fecit legi. Tenor aūt illius littere erat iste. Rectores tenebrarum rectoribus ecclesiarū salutē. Mandamus vobis q̄ multum diligim⁹ vos: quia quodcunq̄ vobis cōmittitur ad infernū cū magnis glomerationibus destinatis. Itē alibi dictum fuit ep̄o peruerso a christo dn̄o. Quādo mihi reduces aīas quas cū prauo exemplo dānificasti. Ber. Timeant clerici ministri ecclesiarū qui in terris res sanctorū quas possident tam inique gerunt vt stipendiis que sufficere debe=ant minime cōtenti: superflua quibus egeni sustentari deberent īpietate sacrilegii sibi detinēt: et in vsus superbie atq̄ luxurie victū pauperū consumere nō verentur duplici iniquitate peccantes scz et q̄ aliena diripiunt et sacris in suis vanitatibus et turpitudi=nibus abutuntur. Heu hodie non pascunt pastores oues sed seipsos propter quod cōminatur eis domi/nus damnationem. Ezechiel. xliii. Ve pastorib⁹ hierusalem: quia pascebant seipsos nō oues pascūtur a pastoribus a quibus pasci deberent.

Unde Ber. Conuenit bonitas amabilem/ scientia discibilem disciplina mutabilem reddūt. Scientia

⁊ disciplina bonitatem attrahunt: scientia corrigit ⁊ disciplina pascit. Debet autē quilibet prelatus et religiosus ⁊ clericus q̇ aliis preest sollicitus esse quo modo deo placeat in puritate conscientie. Bernar.

Manducare spiritualiter corpus christi ē passionis ⁊ redemptionis eius attentius recolere sacra beneficia ad sumendum suauiter in conscientia ⁊ recolēdum fideliter in memoria. Augustinus. Quotidie corpus christi sumere nō laudo nec vitupero. Hoc ē signum sepe cōmunicandi cum de perceptione huius sacramenti timor seruilis minuitur ⁊ incendiū charitatis plus augmentat. Sed per hoc aliqui retrahuntur cum de cōmunione deuotionē ⁊ consolationem singularem non ita percipiunt prout eis beneplacitum foret: ⁊ hi magis sua q̄ de sui videntur querere.

O Ueneranda sanctitudo manuū sacerdotū: o felix exercitiū. O mūdi vere gaudiū vbi ima summis iungunt: cū christus tractat christū sacer/dos dei filium cui delicie sunt esse cū filius hominū

Unde Petrus in canonica. Uos estis genus electum regale sacerdotium/gens sancta/populus acquisitionis. Augusti. Uos estis inquit genus electū nō solum electione temporalibus prelatiōis sed (vt spero) electionis eterne predestinationis. Unde apostolus. Elegit eos ante mundi constitutionem: qui nondum erant nisi predestinati. Augustinus Quomodo elegit eos ante mundi constitutionem:

qui nōdū erant nisi predestināndo. Greg⁹. Predesti/
natio nihil aliud ē q̄ gratie p̄sentis et glorie future
preparatio. Aug⁹. Quattuor eni requirunt ppꝛie
ad preparationē gratie presentis et predestinationē
glorie future. Primū est voluntas tribuentis.
Secundum est libertas volūtatis.
Tertiū ē predestinatio nō existētis. Quartū ē me
ritū accipiētis. Alioquin nec gratia i presenti nec
sequitur gloria in futuro. Unde Apostolus. Quos
presciuit: hos predestinauit conformes fieri imagi=
nis filii dei scz sacerdotis in tanti mysterii ministe=
rio. Idem. Quos predestinauit: hos et vocauit: et
quos vocauit hos et iustificauit: quos iustificauit il
los et magnificauit. Glosa. In predestinatiōe ē gra
tia: in vocatione potentia in iustificatiōe leticia: in
magnificatione gloria. Unde vos sacerdotes estis
genus electum.

Augustinus. O presbyter siue sacerdos sicut
deus te elegit et preelegit redde rationē villica
tionis tue in quā vel quod tu in hoc seculo elegeris
dum deus electionem a te requiret non est dubium
dare an sacerdos sit angelus an diabolus. Si vixe
rit in castitate corporis et anime et humilitate est an
gelus. Si vixerit econuerso ē peior diabolo et hoc ē
horribile valde malis presbyteris: o sacerdotes cō=
siderate vestre dignitatis dulcissime excellentiam:
quia dominus vos ditauit pre omnib⁹ creaturis.
Honorādi sūt quippe sacerdotes quib⁹ dn̄s tantā
in mundo pre omnibus cōtulit gratiā et honorem.


Sapientia: ecce cōputati sunt scilicet sacerdotes inter filios dei & inter sanctos sors illorū est scilicet sacerdotum. Merito ergo gaudete & benedicite vos sacerdotes dñi dño: laudate & superexaltate eum in secula qui vos ad tantā dignitatē & gratiam elegit. Et gratias agite ei pro tantis beneficiis psentibus preteritis & futuris & eternalib⁹ temporalibus & spiritualibus & rogate suppliciter dicētes Confirma hoc deus quod operatus es in nobis per immensam gratiā tuam in presenti & presta vt cū omnibus nobis cōmissis & omnib⁹ fidelibus & cum omnibus sanctis & angelis tuis in futuro in regno celorum confiteamur nomini tuo sancto: & gloriemur in laude tua in eternum.


Dominus noster pontifex de vestibus sacerdotalibus mysticam (vt summus sacerdos) camisiam induit in almo vtero scilicet beate virginis marie. Ministri vero iudeorū dederunt ei amitum alapis contextum. Herodes albā quando illusit eū alba veste indutum. Ministri pilati cingulum quādo flagellis ceciderunt eum. Dederūt ei phanonem quando ligauerunt ad columnā stolam sputis contextam: casulam quando induerunt eum veste purpurea dicentes. Aue rex iudeorum. Lanceā pro baculo. Crucem pro sede episcopali. Spineā coronā pro infulis. Clauum in pedibus pro sandalis. Clauos in manibus pro anulo & cyrothecis. Sicque ornatus pontifex noster primo templū aspersit missā.

cantauit: hely hely postea indulgentiã dedit dicẽs Pater dimitte illis ꝛc. Prelati temere credunt sibi cuncta licere. Credidit ꝛ cayphas omne nefas sibi fas. Ve misero mundo: ve primo: veqꝫ secundo. Ve per pontificum dedecus honorificum. Pontifices muti de iure suo male tuti. Quãuis cornuti nõ audent cornibus vti.

Nota sex vicibus fudit christus sang[illegible] pro nobis. Primo in circuncisione ꝛ hoc fu[illegible] nostre redemptionis initium. Secundo in oratione: ꝛ hoc fuit nostre redemptionis desiderium. Tertio in flagellatione. Quarto in coronatione: ꝛ hoc fuit nostre redemptionis meritũ: quia liuore eius sanati sumus. Quinto in crucifixione: ꝛ hoc fuit nostre redemptionis precium. Tunc enim que non rapuit exsoluit. Sexto in lateris apertione: ꝛ hoc fuit nostre redemptionis sacramentũ: quia inde exiuit sanguis ꝛ aqua. Sanguis in remissionem peccatorum; ꝛ aqua in lauacrũ baptismi sacrificandum.

Finit stella clericorum.






Richard Pynsons